HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 219r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et psalmista in eodem sensu dicit. In sole posuit tabernaculum suum.
Ac si diceret. Humanitatis assumptae sacramentum in lumine manifestationis ostendit. Ita quoque in hoc loco sol ostensionem manifestae visionis significat. In sole itaque stat xpc. idem in manifesta luce et fide populique quo gloria illius in toto orbe terrarum diffusa est.
Surrexit enim a mortuis predicatque ab apostolis credentium in in toto mundo et in hac luce fidei stat. Et clamantum voce magna omnibus auibus quae volabant per medium celum. Aues similiter aliquando in bona parte ponunt aliquando in mala. idoque pro locorum qualitate sunt accipiendae.
In malo quidem ponunt ut dominus dicit de iactis seminibus quae volucribus comesta sunt. In bono autem ut in euangelio dicit. Simile est regnum celorum grano sinapis quod minimum est omnium holeribus. si autem iactum fuerit in terra crescit et magna fit arbor: ita ut volucres celi habitent in ramis eius.
Granum sinapis dominus et ihc xpc. quem tempore suae passionis despicabilis et minor omnibus apparuit hominibus quasi nihil esset. si per quam surrexit a mortuis facta est arbor magna. ita ut in ramis eius. hoc est in doctrinis euangelicis aues celi habitent. idem sci requiescant.
Qui idcirco aues celi appellantur. quo mente celestia petunt. ut cui apostolo dicere queant. Nostra autem conuersatio in celis est. Aues itaque appellat scos. in celestibus urbe degentes. Quae bene per medium celum volare dicuntur. quia non terrenis rebus inherent. sed mente ut dictum est celestia petunt. et ubique predicando discurrunt. Hoc est quod dicit per medium celum. idem per mediam ecclam. De quibus esaias dicit.
Quis sunt hi qui ut nubes volant. et quasi columbae ad fenestras suas.
Clamat autem angelus auibus per uirtutem inspirationem loquitur eis dicens.
Venite congregamini ad cenam magnam dei omnipotentis.
Quid per cenam nisi conuiuium intelligitur eterne refectionis.
Vocat quoque aues ad cenam. idem omnes scos ad epulas regni uenturi dicens.
Venite credendo et bona faciendo. congregamini ad cenam dei omnipotentis
idem ad conuiuium cenae refectionis. Vt manducetis carnes regum.
(comune